

inde divina bonitas, ut ostendat quanta benignitate nobiscum agat, per epistolas missas per suos Apostolos nobis loquitur, nobisque aperit arcanum absconditum a saeculis, altissimum Triadis mysterium, alterum secretum praedestinationis, secundum consilium saevoluntatis manifestat, quae nobis viam, & tramitem salutis aperuit.

660. Secundò. Amici saepe in suis literis per quasdam phrasas, notas, ac aenigmata conscribunt inter se, ut si tales literae incidant in aliorum manus ob ignoratas tales notas, eas non intelligant, nec quid tales epistolae dicant: sic lector has sacras literas legens: nisi secum habeat fidem, quae est clavis regia aperiens intellectum ad sacra mysteria, exiguum, aut nullum ex illarum lectione fructum colligeret. Hinc Apostolus Paulus postquam alta mysteria in sua prima, & secunda epistola explicuit Timotheo, sic in hac ultima c. 3. n. 15, *Ab infantia sacras literas nosti, quae te possunt instruere ad salutem, per fidem, quae est in Christo Jesu.* Exhortatur eum, ut ibi docet Chrysostr., ad instructionem eorum, quae pertinent ad salutem, ad hoc commendans propositi ei fidem, quae est in Christo Jesu, quia sine ipsa fide, nec potest intelligere, nec penetrare eas quae inserviunt ad instructionem nostrae salutis: nam fides est clavis aperiens, & illuminans intellectum.

661. Tertio. Latum est discrimen inter libros, & epistolas: nam libri tenent historias, & res valde prolixas, ac diffusas; epistola verò est succincta, & brevis vel ad animum aperiendum, ac communicandum, vel ad consolationem, & levamen in laboribus, seu ad aliam ut jam dixi. Testamentum vetus continet libros historicos, largas narrationes multarum rerum, seu amplas prophetias, multis prophetis testimoniis, & legis umbris, ac figuris, & variis Sanctorum historiis, Christum denotantes, quae omnia fuerunt necessaria pro instructione, ac informatione illius populi duae cervicis ad Christum agnoscendum, & suscipiendum. At Christus Dominus veniens in mundum, promulgata lege Evangelica fecit verbum abbreviatum super terram, & inde sacri Apostoli frequenter in novo testamento utuntur epistolis, quae habent strictum, & brevem sermonem cum magna, & ampla copia, ac largitate gratiarum, caelestiumque donorum; loquens *Isaias 11. n. 11.* de statu, ac tempore Christi ait *Repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris operientes.* Praesente Christo divina sapientia occupat, ac replet omnem terram, sicut maris aquae, cum exundant occupant, ac tenent omnem terram vicinam & eam replent. Ita D. August.

QUESTIO X.

Quare Deus disposuit, ut Dicitur Paulus plures epistolas scriberet, quam ceteri Apostoli?

SUMMARIUM.

662. Valde mirum, quod Dicitur Paulus plures epistolas scriberet, quam ceteri Apostoli.

res epistolas scripsit, quam ceteri Apostoli.

- 663 Paulus olim adversarios Ecclesiae: inde ejus testimonia ut fortiora eliguntur.
664 Paulus epistolis persequatur Ecclesiam Dei, postea epistolis tueretur.
665 Paulus habebat sollicitudinem omnium Ecclesiarum, inde ad omnes scribit.
666 Paulus praeco, & Doctor Ecclesiae non solum in vita, sed etiam post mortem, ejus chartas non extinguuntur; & n. 667.

Omnes Apostoli licet essent Petro subditi, ac ei subordinati tanquam universali capiti totius orbis, cui obedire debebant, tamen omnes fuerunt aequales in potestate praedicandi, docendi, ac mundum illuminandi. Hoc autem stante, Paulus Apostolus plures epistolas admirabilis, ac altissimae doctrinae praeter ceteris scripsit: non quia erat sapientior Petro, ac Joanne, sed quia suprema Dei providentia ita disposuit, ac ordinavit, ut per ipsam tot, & tanta mysteria publicarentur, ac revelarentur, de quo maxime admiratur D. Cyrillus. *Jerosolymitan. cateches. 10.* & ait: *Miratus sum certe sancti Spiritus dispensationem, quod aliorum quidem epistolas parvo numero conscripsit, Pauli autem sui persecutoris quatuordecim esse concessit.*

Et prima ratio sancti Cyrilli, ut tanta doctrina Pauli, altius, & firmitus ab omnibus teneretur: nam Petrus & Joannes, ac alii Apostoli nunquam fuerunt habiti inimici nominis Christiani. At Paulus antea fuit crudelis inimicus, & datus persecutor Ecclesiae, inde plura ei concessit Deus scribere, ut fidei veritas firmitus, & facilius omnibus persuaderetur: nam cuncti audientes, Paulum admirabantur dicentes: *Nonne hic est, qui in Jerusalem expugnabat eos, qui invocabant nomen Iesu.* *Actor. 9. num. 20.* & unde persecutor factus Actor 9. esset defensor Iudaismi ex Spiritus sancti gratia illuminante intellectum in veritate; inde factum est, ut recte notat D. Chrysostr. *homil. 1. in Paulum;* ut inter omnes Paulus maxime averfetur perfidiam Judaicam, & in tribus punctis, in quibus ipsa vehementer obsecrata, & obdurata persistit: de adventu Messiae promissi, de abrogatione, ac cessatione legis mosaicae, ac vocatione gentium, quae omnia passim in omnibus suis epistolis probat Paulus, Christum Jesum verum filium Dei, ac verum Messiam jam venisse. *Ad Galat. 4. num. 4.* *Ubi vult plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere.* *Ad Titum 3. num. 4.* *Ad Hebr. 1. num. 2.* de cessatione legis mosaicae. Tota epistola ad Galatas cap. 3. num. 19. *Lex postea est donec veniret semen,* & cap. 4. num. 24. *Hebr. 7. num. 12.* de vocatione gentium ad hoc tetendit. Tota epistola ad Romanos cap. 10. n. 8. *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum & iterum num. 20.* *Inventus sum a non querentibus me;* & cap. 11. n. 25. *Galat. 1. n. 16.* & de his omnibus sexcentis aliis locis.

Secunda ratio ad conclusionem principalem. Dicitur Actor 9. n. 1. *Quod Saulus adhuc spirans minarum, & cadis in discipulos Domini, accessit ad principem Sacerdotum, & petiit ab eo epistolas in Damascum, ut si quos invenisset hujus*

hujus via viros, ac mulieres, vinculos perduceret in Jerusalem. Suprema, & alta divina Providentia dispositum est, ut qui obtentis epistolis Christi fideles vexaverat, ipse propriis literis eos recrearet, adjuvaret, salutari doctrina, ac ardenti charitate refertis, damnum illatum per antiquas epistolas, per has denuo compensaret. Saulus literis Ecclesiam Dei persequeretur; Paulus literis Ecclesiam Dei tueretur, ac defendit. Saulus datus epistolis a principe Sacerdotum, Judaeos contra Ecclesiam Christi coacitabat; & in sua perfidia confirmabat; Paulus Spiritu sancto repletus, ipso dictante epistolas conscribit, quibus Christi fideles in sancto proposito adjuvaret, firmaret, ac corroboraret, ad omnem virtutem inflammaret, ac excitaret.

665. Tertiam rationem nobis dat Salmeiron. in Prolog. in Paulum deductam ex ejus ferventi charitate, inde dicebat ipse: *Præter illa, quae extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror.* 2. Corinth. 11. num. 28. Cum magnus Paulus in se haberet sollicitudinem omnium Ecclesiarum, & cum omnibus laboraret, in suis infirmitatibus, ac tribulationibus non poterat se continere, quin omnibus scriberet, ut quia omnibus praesens esse non poterat, per verba, & epistolas esset praesens, & per epistolas omnes in suis infirmitatibus adjuvaret, omnium infirmitates in se suscipiens, ut omnibus omnia fieret, ut ipse ait.

666. Quarta ratio, ut ait D. Chrysostr. *homil. 22. ad Populum, Paulus, Apostolus, gentium Doctor, Christum in se habens loquentem, terrestri Angelus, caelestis homo receptaculum Spiritus sancti. Nostri omnium sagena, post mortificationem Doctor, post mortem Praeco, qui nobis demonstravit, quomodo in caelum ire poterat.* Cum ergo ipse esset constitutus a Deo Doctor Gentium, ac etiam praeco non solum in vita, sed etiam post mortem, ideo ordinatus est a Deo, ut non solum praedicaret voce, sed etiam scriptis; & ut recte notat D. August. *lib. 1. Confessionum.* Id quod literis consignatur ad longum tempus perseverat, id verò quod dumtaxat viva voce traditur, facile effugit, ac praevolat: epistolatum utilitas latius se diffundit, & apud plures longe distantes pertinet, quam viva vox, quae praesentes tantummodo tangit; epistolae autem ad absentes, & ad eos qui sequuntur, ac postea venturi sunt pertinent, ad eos instruendos, ac informandos multum valent. Magnus Spiritus Pauli qui erat Doctor gentium, & in se habebat habitantem Christum, receptaculumque Spiritus sancti erat, & praeco etiam post mortem; eum ipsa morte non finitur, vivacissime clamat, docet, ac instruit per suas epistolas, ac inimicos destruit, ac dissipat, itaut ipsi magis timerent ejus epistolas, quam ejus praesentiam unde de ipsis sic scribit ad Corinth. 2. cap. 10. num. 10. *Quoniam quidem, inimici scilicet inquirunt, epistola graves sunt & fortes, praesentia autem corporis infirma.* Hoc est, ut explicant ibi Interpretes cum Benedicto Justiniano, epistolae mae, ac si dicat Paulus, sunt vehementes, validae, ac nervosae ad persuadendum; praesentia ejus verò non erat magna auctori-

tatis: nam ut de eo scribit Nicephor. lib. 2. cap. 37. *Paulus erat corpore parvo, & contracto, atque incurvo, &c.* At verba ejus in epistolis valde robusta, & multa efficacia plena, unde D. Hieron. *epistola ad Pammachium, cap. 61.* ait: *Paulus was electionis, uba Evangelii, regius Leonis nostri flumen eloquentia Christiana; quem quotiescumque lege, videor mihi non verba, sed audire tonitrua, D. Augustinus lib. 2. Confessionum.* ait: *Cum Paulum lego, non verba lego, sed sagittas ignitas acutas sentio, animam transverberantes: Ideo de Apostolo Paulo dicam id, Hebr. 11. quod ipse ait de Abel Hebr. 11. n. 4. Defunctus est Abel, & adhuc loquitur.* Defunctus est Paulus, & adhuc loquitur; mors potuit auferre vitam, non tamen vividum spiritum ejus, ut adhuc doceat, illuminet, ac viam salutis ostendat.

QUESTIO XI.

De Epistolis Canonicis D. Pauli, agitur de illa, quae est ad Hebraeos.

SUMMARIUM.

- 668 De epistola ad Hebraeos quid inquirendum.
669 Haereticum negant esse Canonicam.
670 Catholica fide tenendum, esse Canonicam.
671 Catholica Ecclesia tenet esse scriptam a D. Paulo.
672 Primum argumentum, quod Paulus in ea non ponit nomen suum, cum aliquibus solutionibus, quae non admittuntur.
673 Tres solutiones verae.
674 Secundum argumentum de his, quae erant in arca, ponitur, & solvitur.
675 Tertium ponitur argumentum ex aliis locis Scripturae, & solvitur, & n. 676.

De Epistola ad Hebraeos.

668. Valde mirum est quod, & quantis haec epistola a multis impugnetur, & ut clarè, ac distinctè procedamus, inquirendum est primo, an haec epistola sit Canonica. Secundo, quia illius Auctor. Tertio, quo stylo, & idioma te, quaestione sequenti.

669. Primo hanc epistolam esse Canonicam negarunt olim Marcion, Arius, & modo Lutherus, Brentius, Mægoburg. & Anabaptistae, immo ex Catholicis Doctissimus Cardinalis Caietanus scribens super hanc epistolam videtur dubitare in suo commentario.

670. Catholica fide tenendum est hanc epistolam ad Hebraeos esse Scripturam sacram, & Canonicam. Ita definitum est in Concil. Carthaginiensi Tertio, *Can. 47.* Laodicensi *Can. 59.* Florentino in Instructione Armenorum Trident. *sess. 4. & in Can. Apostolorum.* Canone

Can. Apost. D. Hilar. D. Gregor. Nazianz. D. Athan. D. Epiph. D. Ambros. D. Hieron. D. August. Clem. Alex.

undecimo. Ita constanter docent omnes Patres D. Hilar. lib. 11. de Trinit. D. Gregor. Nazianz. in Carm. de Canone scripturae. D. Athanasius in synopsi. D. Epiphanius haes. 76. D. Ambros. lib. 2. de Cain. cap. 2. D. Hieron. Epistola ad Dardanum. D. Augustin. de Doctrina Christiana cap. 8. Clemens Romanus in Epistola ad Corinth. apud Eusebium lib. 2. Histor. cap. 38. omnes alii Patres communiter, & Ecclesia hanc epistolam ut Sacram scripturam recitat in Divinis officiis; & in hac etiam conclusione cum Catholicis conveniunt Haeretici, Calvinus, Beza, & eorum sectatores.

671.

Tertullian.

Trident.

Carthag. Florent. Ecclesia.

1. Petr. 3.

11. Pa. 1.

Secundo quaeritur, Quis sit Auctor hujus Epistolae. Erasmus, & Calvinus negant esse sanctum Paulum. Tertullian. lib. de pudicitia existimat esse Barnabam Apostolum, alii Jacobum Apostolum. Tamen cum Catholica Ecclesia tenendum est B. Paulum Apostolum illius Auctorem. Nam Concilium Tridentin. sess. 4. numerans libros Canonicos ait: & quatuordecim epistolas Pauli, inter quas numerat hanc ad Hebraeos: similiter consilium Carthaginense, & Florentinum; & Ecclesia, cum hanc epistolam recitat in Divinis officiis, hunc praefigit titulum, de epistola B. Pauli Apostoli ad Hebraeos. Idem tenent, & docent Patres supra citati. Probatur ex D. Petro scriben e ad Hebraeos sua epistol. 2. cap. 3. nu. 15. ait: sicut & charissimus frater noster Paulus scripsit vobis. Scribebat Petrus Hebraeis Christianis conversis ex Judaismo, qui inde ob suam conversionem ad fidem multas persecutiones sustinebant, & dispersi erant tanquam exules per Pontum, Galatiam, & Capadociam, ut constat ex 1. epistol. Petr. cap. 1. nu. 1. & tamen cum juxta D. Petrum constet, quod D. Paulus scripsit epistolam ad Hebraeos, nullam aliam scimus ab eo scriptam, nisi hanc: ergo haec est scripta ab eo.

Ponuntur argumenta contraria.

627.

D. Hieron.

Joan. 1.

673.

Hebr. 3.

Adversarii adjiciunt primò. Apostolus in omnibus suis epistolis in exordio apponit nomen suum, quod cum non faciat in hac epistola ad Hebraeos, inde sequitur, quod non sit scripta ab eo, sed ab alio. Dicunt aliqui, quod D. Paulus more suo in hac epistola, ut in aliis nomen suum, cum salutatione apposuisset, incuria Interpretis, vel scribarum, tale nomen evanuisse, sed conjectura est debilis quia vetustissimi scriptores, & Patres ita legunt sine nomine. Alii idem dicunt desumpta ratione ex D. Hieron. Praefat. in hac epistol. ubi ait: ideo non esset Pauli, quia non habet praefixum Pauli nomen, nullius prorsus esset, quia nullius nomen praefert. Quod etiam aliqui corroborant: quia Joannes Apostolus in sua prima Canonica nomen suum non apponit; & quamvis haec ratio videatur plausibilis, tamen non satisfacit difficultati deductae ex more Pauli in aliis Epistolis. Ideo ad propositam difficultatem triplicem assigno rationem.

Prima Paulus inter omnes suas epistolas in hac tantummodo appellat Christum Apostolum, sic ait in hac epistola cap. 3. nu. 1. fratres considerate Apostolum, & Pontificem Confessionis nostrae Jesum. Inde ergo non audeat Pau-

lus in initio epistolae se Apostolum nominare videretur in aliqua parte se cum Christo conferre, quem excellentiorem Angelis dixerat in principio. Secunda ratio. Paulus optime sciebat nomen suum esse Hebraeis invisum, eo quod legis observantias, ac ritus, quos illi quamvis Christiani mordicus retinebant, ac observabant, dicebat esse abrogatas per Christum: inde Hebraei cum essent legis maxime aemulatores, hac de causa Paulo maxime infensi; ut patet Act. 21. num. 27. Inde Paulus subicit nomen suum; ut eis doctrina tradita esset magis acceptabilis, & grata. Tertia ratio, quia Paulus non Hebraeorum, sed Gentium se Apostolum, ac magistrum profitebatur Roman. 13. nu. 13. ad Galat. 1. nu. 16. ad Ephes. 2. num. 8. & 2. Timoth. 1. nu. 11. & ideo de more suo noluit in exordio epistolae apponere nomen suum. Paulus Apostolus, ut in aliis, sed absque titulo nudam proponit epistolam, in fine epistolae excusans se quod ad eos scripserit, quorum Apostolus non erat. Inde vocat solatum, & non doctrinam. cap. ultimo. nu. 2. ait: Rogo vos fratres, ut sufferatis verbum solatii, etenim parvum scripsit vobis.

Has rationes tradunt Clemens Alexandrin. in libro Hypothiposeon. Euseb. lib. 6. Histor. & has rationes sparsim tradunt D. Hieron. in Comment. cap. 1. ad Galatas In Catalog. ubi de D. Paulo agit, & Theodoret. Thophylact. Oecumen. D. Thomas, & alii.

Obijciunt secundo. Quia doctrina tradita in hac epistola videtur repugnare cum veteri Testamento. Nam in hac epistola cap. 9. nu. 4. dicitur: quod erat tabernaculum aureum habens arcam testamenti: In qua urna aurea, habens manna, & virga Aarons, quae frondeverat, & tabula testamenti. Et tamen lib. 3. Reg. cap. 8. nu. 9. dicitur quod in Arca non erat aliud, nisi duae tabulae lapideae. Respondet primo D. Thomas quod dicuntur in arca esse tabulae testamenti, tanquam quid principale. Secundo, respondent Theophylactus, ac multi alii, quod tempore Moysis, ac Salomonis non erat in arca aliud, nisi tabulae legis, & caetera quae nominantur in epistola ad Hebraeos, postea reposita cum Jeremias abscondisset arcam, ut refertur 1. Machab. cap. 2. nu. 5. nam juxta multorum sententia; urna, & virga, quae frondeverat, erat in quodam sinu juxta arcam in tabernaculo, & ideo omnia repositi Jeremias in arca, quando eam abscondit, & inde tertiam explicationem dat D. Anselm. quod illa particula, In: id est, juxta arcam, sic dicitur Joan. 10. num. 21. Ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis, id est in porticu Salomonis juxta templum. Sic & dicitur Joan. 1. nu. 28. Haec in Bethania facta sunt. Cum tamen Joannes non in urbe, sed juxta urbem baptizaret.

Obijciunt tertio. Quia repugnat cum doctrina Christi: nam Christus omnes ad se invitavit, Matth. 11. num. 28. At in hac epistola cap. 12. num. 17. aperè dicitur. Esau Quod non invenit poenitentiae locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam.

Argumentum tamen nullius est ponderis, Apostolus loquitur de poenitentia Esau fera, & imperfecta, absque debito dolore, ut fuit Achan. Josue. 7. nu. 2. & etiam Judae. Matth. 27. num. 4.

Act. 21.

Rom. 13. Galat. 1. Ephes. 2. 2. Tim. 1.

Hebr. 13.

Clem. Alex. Euseb. Hieron. Theodor. Theophyl. Oecumen. D. Thom. 674.

Hebr. 9.

3. Reg. 8.

D. Thom.

Theophyl.

1. Mach. 2.

D. Anselm.

Joan. 10.

Joan. 1.

675.

Matth. 12. Hebr. 12.

676.

Josue 7. Matth. 27.

num. 4.

Hebr. 1.

2. Reg. 7.

D. August.

2. Reg. 7. Rom. 20. 2. Corint. 9.

num. 4. talis poenitentia imperfecta nullum producit fructum; nec etiam est ullius momenti, id, quod objiciunt, quod Apostolus appropriat Christo Domino filio Dei cap. 1. nu. 5. id, quod de Salomone scribitur 2. Reg. 7. num. 10. Ego ero ei in patrem, ipse erit mihi in filium. Quia ut ait D. Augustin. lib. de unitate Ecclesiae cap. 8. Illa dicuntur de Salomone, prout erat Christi figura, in quo erant complenda, sicut dicitur de ipso Salomone: stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum. 2. Reg. 7. nu. 13. passim hoc invenies in scriptura Rom. 20. an. 18. 2. Corint. 9. & multa alia similia.

QUESTIO XII.

De numero, ac ordine Epistolarum D. Pauli.

SUMMARIUM.

- 677 Prima epistola Pauli est prima, & secunda ad Thessalonicenses.
678 Tertia est prima Pauli ad Corinth.
679 Quarta epistola est prima ad Timoth.
680 Quinta est ad Titum.
681 Sexta est secunda ad Corinth.
682 Septima ad Roman.
683 Non attenditur ordo temporis, sed dignitas urbis.
684 Octava est ad Galatas.
685 Nona est ad Ephesios.
686 Decima ad Philippenses.
687 Undecima ad Colossenses.
688 Decima tertia ad Hebraeos.
689 Decima quarta est secunda ad Timoth.

677. Anno 52. Syrus.

Graecus. Theodor. Oecumen. D. Athan.

Act. 18. D. Chryf. Theodoret.

678. Anno 57. D. Chryf. 2. Corint. 3.

Roman. 15.

679. no 57.

Prima omnium epistolarum scripta à B. Paulo est prima ad Thessalonicenses, sic dictos à Thessalonica metropoli Macedoniae. Scriptam fuisse Athenis tenent Syriacus, & Graecus in fine epistolae, & idem docent Theodoret. Oecumenius, Athanasius in synopsi. Verius est fuisse scriptam Corinthi, anno Christi 32. Nam in ea fit mentio cap. 3. num. 6. de reditu Timothei ad Paulum, qui non fuit Athenis, sed Corinth. Act. 18. num. 5 ex quo inferunt D. Chryfost. Theodoret. Baronius, Benedict. Justi. Cornelius hanc esse primam epistolam scriptam à Paulo, & paulo post scripsit alteram, quae est secunda ad Thessalonic.

Tertia epistola Pauli est prima ad Corinth. ante epistolam ad Romanos, quod ex eo optime probat D. Chryfostomus, quia Apostolus 2. Corint. 8. & 9. adhortatur Corinthios ad faciendam collectam, ad sublevandas pauperum Hierosolymitanorum necessitates, quam collectam jam factam supponit Roman. 25. nu. 25. & 26. Haec epistola scripta est Philipp. Missa per Timotheum, ut habent Graeca, Syra. & Regia Latina in fine epistolae. Verius videtur, quod fuerit scripta Ephesi, ut colligitur ex cap. 16. num. 8. Act. 19. num. 1. scripta est autem anno Christi, 57. ut tenent Baron. Oecumen. & alii.

Quarta epistola Pauli est prima ad Timotheum, & est scripta anno Christi 57. post epi-

stolas ad Corinth. Baronius eodem anno cum D. Athanasio in Synopsi Theodoret. praefat. D. Athanas. in Macedonia ex eo quod Paulus cap. 1. 4. ait, Rogavi te, remaneres Ephesi, cum irem in Macedonia, sed haec verba non cogunt epistolam esse scriptam in Macedonia, & ideo communior sententia est, ut tenent Graecus, Syriacus. Text. esse scriptam Laodiceae, quae est Metropoli Phrygiae, & Theodoretus in fine epistolae sententia suam mutavit.

Quinta epistola est ad Titum, scripta est Nicopoli in Aegypto, ut docent Graeca, Syr; Anno 58. D. Hieron. hic Athanas. in Synopsi. Theodoretus, Chryfostomus. Oecumenius. & alii. In Nicopoli urbe, id est in loco proximo, & propinquo Nicopoli, ad quam scilicet tendebat, & illi vicinus, ac proximus erat, hoc ipse significat in epistola cap. 3. num. 12. dicens Tito: Festina ad me venire Nicopolim. ubi enim non dicit hic, sed ibi, quia ad dictam civitatem tendebat, statui byemare, haec autem epistola, ut tradunt Auctores citati, scripta est anno Christi 58.

Sexta epistola est secunda ad Corinthios, hoc aperte colligitur ex ipsa secunda epistola cap. 8. num. 10. ubi ait Apostolus: Hoc enim vobis utile est, qui non solum facere, sed etiam velle capisistis ab anno pro ore. Ac proinde haec epistola est scripta anno Christi 58. uno anno post primam epistolam. Quo autem loco scripta sit dubitatur. Aliqui dixerunt Troade. Dubitationem tollunt editio Graeca, Syriaca, ac Graecus, Latina Complutensis. Quae ita habent scripta: Ista enim in civitate Philippi in Macedonia. Haec epistola missa est ad Corinthios per Titum, & ideo Apostolus in tota hac epistola frequenter mentionem facit de Tito cap. 2. & 7. 8. ac 12. Aliqui dicunt quod simul fuit missa per Titum, ac D. Lucam.

Septima epistola est ad Romanos, & scripta est anno Christi 58. ut testatur Baronius eodem anno scripta Corinthi, postquam Paulus ex Nicopoli venit Corinthum, & missa est per Phæben, ut tenent Biblia Graeca, Syra, & Latina Regia in fine Epistolae; postquam D. Petrus ex Roma jussu Claudii in Britanniam pergeret; tunc Paulus Romanos tanto pastore destitutos, variis discordiis dissidens confirmavit, docuit, in concordiam redegit; inde factum est, quod D. Paulus in hac epistola Petrum de more non salutat utpote Roma absentem.

Dices tamen, quænam ratione longe alius ordo in ordinandis epistolis Pauli servatur, & dispositio temporis neglecta, ut satis ex dictis est compertum: cur autem epistola ad Romanos primum locum occupat. Respondetur quod attenditur ad urbis dignitatem, & sicut olim fuit caput imperii temporalis, sic nunc est caput imperii, ac Domini spiritualis Cathedra. & inde epistola ad eam missa in capite epistolae ponitur. Ita Catherin. Alter opinatur D. Augustinus epistol. 105. ad Sixtum. Eo quod maxime fidem commendat, de eaque tractat Apostolus; fides autem est caput, ac initium omnium gratiarum, ac donorum, ac proinde ratione doctrinae primum locum tenet. Tertio Theodoretus ob exactam doctrinam, quia Theodoret. omnis

Baronius. 1. Timort.

Graecus. Syriacus. Theodor.

680.

681.

Anno 58.

Latinus.

682.

Baronius.

D. August.

683.

Theodore.